ſiue muliere ſicut in eua.¶3⁹ de muli
ere τ viro.ſicut in oib⁹ cōcupiſcibi/
lit natis.decuit āt ad cōplemētū vni
uerſi quartū modum introduci.q.ſ.
eēt de muliere ſine ſemīe virili p vir
tutē ſūmi opatoris.¶Quia v̄o com
pletio debuit eē in virtute.hinc eſt
ꝙ in cōceptiōe filij dei ſimlꝰ cōcurrit
virtus īnata τ virtus infuſa.τ v̄tus
increata.¶Uirt⁹ īnata materiā ꝑpa
rauit.virt⁹ infuſa purificādo.ſegre
gauit.virtus icreata ſbito pfecit.qꝺ
nō poterat a v̄tute creata niſi ſucceſ
ſiue fieri.τ ſic v̄go Maria mat fuit.
cōpletiſſimo mō ipſū dei filiū cōcipi
endo abſq̄ viro.fecūdāte ſpū ſancto
¶Quia.n.i mēte v̄ginis amor ſpūs
.ſ.ſingularit ardebat.iō i carne eius
virtus ſpūs.ſ.miracula faciebat.gr̄a
ſpūs.ſ.ptim excitāte.τ ptim adiuuā
te nām.ptim eleuāte.iux̄ qꝺ ꝯcept⁹
ille mirabilis exigebat.

¶De incarnatiōe q̄tū ad tēp⁹.

DE tempe v̄o incarnatiōis h̄
tenendū ē ꝙ licꝫ de⁹ in ꝑnci
pio potuerit incarnari no/
luit tn̄ niſi in fine tēpoꝝ ꝓcedēte lege
nāe.τ lege figure.poſt p̄riarchas τ
ꝓphetas qb⁹ τ p q̄s fuit incarnatio
repromiſſa.poſt quos incarnari di/
gnatus eſt tanq̄ in fine tēpoꝝ τ ple
nitudine.iux̄ qꝺ dicit aplus. At vbi
venit plenitudo tpis miſit de⁹ filiuꝫ
.ſ.factū ex muliere.factuꝫ ſb lege. ut
eos qui ſub lege erāt re.¶Ro auteꝫ
ad intelligētiā ꝓdictoꝝ h̄ ē.qꝛ incar/
natio ē op⁹ ꝑmi ꝑncipij repantis iux̄
qꝺ decet τ cōuenit ſm libertatē ar/
bitrij.ſm ſblimitatē remedij.τ ſm in
tegritatē vniuerſi.¶Nā ſapiētiſſim⁹
artifex i agēdo oia h̄ attēdit.qm̄ ḡ
libertas arbitrij h̄ reqrit ut ad nihil
trahat i vita.ſic debuit de⁹ gen⁹ hūa
nū repare ut ſalutē iueniret q vellet
q̄rere ſaluatorē.qui v̄o nollet q̄rere
ſaluatorē.nec ſalutē p ꝯſequēs iue/
niret.nullus aūt querit medicū niſi
recognoſcat ſe egrotantē.null⁹ que
rit adiutorē niſi recognoſcat ſe īpo/
tentē.¶Quia igit homo in ꝑncipio
ſui lapſus adhuc ſupbiebat. de ſcia
τ virtute.iō ꝑmiſit deus legē nāe i
qua vinceretur de ignorantia. Et
poſt cognita ignorātia ſed pmanen
te ſupbia de virtute qua dicebant
non deeſt q impleat.ꝫ deeſt q iubet
addidit legē ꝓceptis moralibus eru
diētē τ cerimonialib⁹ aggrauātem
ut habita ſcia.τ cognita impotētia.
cōfugeret ad diuinā miſericordiam
τ gr̄aꝫ poſtulādā que data ē nobis
in aduētu xp̄i.iō poſt legem nature
τ ſcripture ſubſequi debuit īcarna/
tio verbi.¶Rurſus qm̄ ſblimitas re
medij reqrit ut credatur fide firmiſ
ſima.τ ametur caritate ardētiſſima.
tāq̄ myſteriū ſecretiſſimū τ ſaluber
rimū.ideo cōgruētiſſimuꝫ fuit ante

xpi aduētū pirent multa teſtimonia ꝓphetarū tam explicita i verbis. q̄ implicita in figuris. ut multis ⁊ fir mis teſtimonijs qđ erat ſecretuȝ. fie ret certū ⁊ indubitabile ad credēdū ¶ Preirent etiā multiplicia ꝓmiſſa ⁊ ardentiſſima deſideria. ut ꝓmiſſum bene factū expectaretur. expectatum differretur. dilatatū amplius deſide raretur. ⁊ diu deſideratū feruētius a maretur. ⁊ gratioſi⁹ ſuſcipetur. ⁊ ſuſ ceptū ſollicitius ſeruaretur. ¶ Poſtremo qm̄ integritas ⁊ pfectio vniuerſi re qrit ut vniuerſa ſint ordiata q̄ntū ad loca ⁊ q̄tū ad tpa. ⁊ hoc opus incar nationis erat pfectiſſimum inter oīa opa diuina. ⁊ ꝓceſſus debet eſſe ab impfecto ad pfectū. ⁊ non ecōuerſo. Hinc eſt ꝙ opus illud debuit fieri in fine tēpoꝝ ut ſicut pmus homo q erat totius mūdi ſenſibilis ornamen tū. vltimo fuerat cōdit⁹. ſ. ſexto die ad totius mūdi ɔpletionē. ſic 2⁹ hō totius mūdi repati cōplemētū i quo pmū pncipiū iūgitur cū vltimo. ſ. de us cū limo. fieri debuit in fine tēpoꝝ hoc ē in ſexta etate. que ē etas apta ad exercitiū ſapie. ⁊ ad euacuationē cōcupiſcētie. ⁊ ad trāſitū a ſtatu tur binis ad quietē que oīa cōpetūt ſe xte etatis decurſus mūdi ꝓpter icar nationē filij dei. Qm̄ ḡ aduēt⁹ xpi fuit in tpe legis gr̄e ⁊ in exhibitione miſericordie ⁊ ꝓmiſſe. ⁊ in pncipio etatis ſexte. ⁊ hec oīa dicūt plenitu dinē. quia lex gr̄e implet legem ſcri pture. ⁊ ſolutio ꝓmiſſi implet ꝓmiſſi onem. ⁊ ſexta etas rōe pfectionis ſe narij ſonat in plenitudinem hinc eſt ꝙ i aduētu filij dei dr̄ eē plenitudo tēpoꝝ. non ꝓpter hoc ꝙ in eius aduē tu tēpus finiatur. ſꝫ qꝛ tpalia miniſte ria impleantur. Sicut aūt xpus non debuit venire in pncipio tpis. qꝛ ad uētus eius nimis fuiſſet feſtinus. ſic nec differre vſqꝫ i finē vltimū. qa tūc nimiū eſſet tard⁹. ¶ Decebat. n. ſalua torē venire inter tēp⁹ morbi. ⁊ tēp⁹ iudicij ut i medio introduceret tēpus remedij. ¶ Decebat mediatorē q̄daȝ ſuoꝝ mēbroꝝ pcedere q̄dā ſeq. ¶ De cebat ductorē pfectū tūc ſe oñdere. cū eēt oportunitas currendi ad bra uiū. ⁊ hoc ē in fine tēpoꝝ circa termi nū ⁊ a ꝓximatione ad finale iudiciū ut p timorē iudicij ſtimulati. ⁊ p ſpē pmij attracti. ⁊ p pfectionem exem pli aīati vigoroſe ⁊ perfecte ſeq̄mur ducē d virtute i vtutē. vſqꝫq̊ pueni amus ad brauiū felicitatis eterne.

¶ De plenitudine gr̄e xpi q̄tū ad cari ſmata in affectū.

P Oſtq̄ inotuit nobis v̄bum incarnatū q̄tū ad vnionem nāꝝ. cōſiderādū eſt q̄tū ad plenitudinē cariſmatū ſpūaliū. circa q̄ p cōſiderāda ē plenitudo gr̄e in af fectu. deinde plenitudo ſapīe in itel lectu ⁊ poſtremo plenitudo meriti in opa ⁊ in effectu. ¶ De plenitudine igit gr̄e i affectu in xpo hec tenenda ſūt. ꝙ in xpo a ſui cōceptiōe fuit ple nitudo oīs gr̄e q̄tū ad gr̄aȝ ſingula ris pſone. q̄tum ad gr̄am capitis. ⁊ q̄tuȝ ad gr̄am vnionis. Ita ꝙ per gratiā ſingularis pſone habuit oīs culpe imunitatē. ⁊ q̄tuȝ ad actum. ⁊ q̄tū ad poſſe. qꝛ nō peccauit. nec po tuit pctm̄ hr̄e. Per gr̄am vnionis

dignus ē nō tm̄ felicitate glīe. veruȝ etiā adoratiōe latrie q̄ eſt cultus reuerētie ſoli deo debite. ¶ Per grām vō capitis influit motū ⁊ ſenſū i vniuerſos q ad eū accedūt. uel p fidem rectā. uel p fidei ſacramenta ſiue ad uētū ei⁹ pceſſerint ſiue fuerit ſbſecuti. nā ⁊ q pibant ⁊ q ſeqbant clamabāt. o ſanna filio dauid. ¶ Rō autē ad intelligētiā pdictoꝝ hec ē. q reparatio eſt opatio pmi pncipij ita q ab ipſo emanat ſm libertatem. ⁊ ad ipſū reformat ſm cōformitatē. iō oꝫ q fiat p grām ⁊ deiformitatē. grā. n. emanat a deo liberalit. ⁊ reddit hominē deiformē. ¶ Qm̄ g repatm̄ pncipiū p grām repat. ⁊ oīs res pleni⁹ ⁊ pfecti⁹ ē in ſuo fonte ⁊ origine q̄ i ſuo riuulo ⁊ effectu. neceſſe ē q i pncipio nr̄o repatiuo. ſ. xp̄o dn̄o fuerit oīs grē plenitudo. ¶ Et qm̄ repatm̄ pncipiū in repando nō tm̄ tenet rōeȝ pncipij verū etiā medij ⁊ extremi. extremi qdē i ſatiſfaciēdo. medij in recōciliādo. ⁊ pncipij i influēdo. Ideo neceſſe eſt q in xp̄o fuerit plenitudo grē rōe extremi ſatiſfacientis. medij recōciliātis. ⁊ pncipij ſupinfluētis. ¶ Qm̄ igit extremū ad ſatiſfaciēdū idoneū. necē ē eē deo placens. ac p h̄ ab omni pctō pfecte imune. ⁊ hoc nō pt eē niſi p donū diue grē i aliq hoīe neceſſe fuit ponē in xp̄o graȝ ipſū ſcificātē ⁊ ɔfirmātē quā vocam⁹ graȝ ſingularis pſone. ¶ Rurſus qm̄ medium ad recōciliādū coueiēns nō eſt. niſi habeat in ſe vtrāq naꝫ. ſupiorē ⁊ inferiorē. ſ. adorabilē ⁊ adorantē. ⁊ hoc nullo mō fieri pōt niſi p ſūme dignatiuā ⁊ gratuitā vnionē. iō neceſſe ē in xp̄o ponē grām ſup omnē grām. ⁊ oimodā reuerētiaȝ venerandā. quā vocam⁹ grām vnionis. rōne cui⁹ eſt xp̄us hō ſup oīa bn̄dict⁹ de⁹ ⁊ iō cultu latrie venerād⁹. ¶ Poſtremo q pncipiū ad influēdū efficax nō eſt niſi habet in ſe fontalē plenitudinē ⁊ originalē. que nō tm̄ eſt plenitudo ſufficiētie ſed etiā ſuphabūdātie ideo neceſſe ē verbuȝ incarnatū eſſe plenum gratie ⁊ veritatis. ita q de plenitudine eius accipe valeant vniuerſi iuſti. ſicut vniuerſa mēbra a capite accipiūt iflūetiā mot⁹ ⁊ ſenſus ⁊ ppē hoc vocat hec grā. grā capitl. p eo q ſicut caput habet i ſe ſenſuū plenitudinē. ⁊ ceteris mēbris ē ɔformē. ceteriſq pſidet. ac ceteris ⁊ beneficiū pſtat influētie q ipſi capiti cōnectūtur. ſic xp̄s h̄ns in ſe grē ſuphabundantiā. ⁊ nobis conſimilis eſt in nā. p ceteris ſanctus ⁊ iuſt⁹. ceteris q ad ipſum accedūt pſtat beneficiuȝ grē ⁊ ſpūs. ſ. p que fit ſenſus ⁊ mot⁹ in ſpūalib⁹. ⁊ qm̄ ad ipſū accedē eſt p fidē uel p fidei ſacramētū. ⁊ fides xp̄i eadeȝ ē in pteritis pſentib⁹ ⁊ futuris. ideo rō influēdi in xp̄o ponit reſpcū oīuȝ. tam pteritoꝝ q̄ pſentiū q̄ etiam futuroꝝ in xp̄m credētiū ⁊ in ipſo renatoꝝ qui p fidem copulātur xp̄o. ⁊ p gratiam influentem fiunt mēbra xp̄i ⁊ templa ſpūs. ſ. ac p hoc filij dei patris cōnexi ad iuicem. p indiſſolubile vinculum caritatis. q ſicut diſtantia locorum non diuiditur. ſic nec diuturnitate temporuȝ ſepatur. ac per hoc omnes iuſti vbicūq ſūt. ⁊ qñcūq ſunt. vnū efficiunt corpus xp̄i myſticum ſenſum ⁊ motū

ſuſcipiendo de vno capite influente ſcd̃m fontalem. radicalem. ⁊ origina lē plenitudinem omnis gratie ī ipo habitantis ſicut in fonte.

¶ De plenitudine ſapie xp̄i ī itellectu.

DE plenitudine ſapiētie xp̄i in intellectu hoc tenēdū eſt ꝙ in verbo incarnato xp̄o ſcꝫ dño noſtro fuit oīs ſapiētie plenitudo non ſolum q̃tū ad cognita. verum etiam quo ad cognoſcendi modos. ⁊ differentias. Jn ipſo nāq; fuit cognitio ſpūalis ex parte deitatis. cognitio ſenſualis ex parte ſenſualitatis ⁊ carnis. cognitio ſciētialis ex parte mētis ⁊ ſpūſ. ⁊ hec fuit triplex quedam. ſ. p nām. quedā p gratiam. ⁊ quedam per gloriam. Uñ ſapiam habuit ut deus. ⁊ ut homo. ⁊ ut cō p̄henſor. ⁊ ut viator. ⁊ ut illuminatꝰ per gratiam. ⁊ ut recte formatus p naturam. ⁊ ita in vniuerſo ſūt ī xp̄o qnq; modi cognoſcendi. ¶ Primꝰ eſt ꝑm diuinam nām. ⁊ hoc mō cognouit oia actualia ⁊ potētialia finita. ⁊ infinita. cognitione actuali ⁊ ɔp̄hēſiua. ¶ 2ꝰ p gloriā. ⁊ hoc mō cognouit oia actualia. ⁊ finita cognitione. actuali ⁊ comprehēſiua. Jnfinita v̾o cognitione habituali uel exceſſiua. ¶ 3ꝰ eſt p grām. ⁊ hoc modo cognouit oia ſpectātia ad humani generiſ redemptionē. ¶ 4ꝰ eſt ꝑm nām integrā cuiuſmōi fuit in adā. ⁊ h̄ mō cognouit oia que ſpectāt ad vniuerſā conſtitutionem. ¶ 5ꝰ eſt ꝑm ſenſibileꝫ experiētiā. ⁊ hoc mō cognouit oia q̄ veniūt ad organa ſenſuuꝫ ꝑm quem modū dr̄ ꝙ didicit ex his que paſſus eſt obedientiā. ¶ Rō autē ad itelligētiā p̄dictoꝝ hec ē. ꝙ ſicut reparatiui p̄ncipij ē nos r̄pare p liberaliſſimam grām. ſic etiā p ꝓuidētiſſimaꝫ ſapiam. Q2. n. ꝑm ordinem ſapientie cōditū fuit nō pōt abſq; luce ⁊ ordine ſapiētie repari. ⁊ ideo ſicut xp̄us debuit eē imunis ab oī culpa. ſic elōgatus debuit eē ab oī ignorātia. ac p hoc totaliter repletus ſupne ſapiētie. luce ⁊ circūfulgentia. qua ꝓpt̄ cognitionē pfectam habuit ꝑm vtrāq; naturā ⁊ potētiam cognoſcitiuā. ꝑm omniū reꝝ exiſtētiam. ¶ Quia ḡ res habēt eſſe in eterna arte. in humana mente. in proprio genere. neceſſe fuit xp̄m habere hanc triformē rerū cognitionem. Quia v̾o res dupliciter poteſt cognoſci in arte. ſ. vel ab ipo artifice. uel ab alio contēplante artē ⁊ ſimiliter habet eē dupliciter. ⁊ cognoſci in mente. etiā ꝓpter acquiſitionē que xp̄o non cōpetit ꝓpter imperfectionem. ſ. uel ꝑm habitū inatum. uel ꝑm habitū infuſum. Hinc ē ꝙ neceſſarium fuit ad pfectam ſapientie plenitudinem qnq; modos p̄dictos reperiri in xp̄o deo. ⁊ hoīe ut ī arte et̄na cognoſcat res p naturā deitatis. ⁊ per gloriam ɔp̄henſionis. Jn mente autē ſua p habitum naturalē ⁊ innatum. ſicut cognouit adam ⁊ angeli. ⁊ p habituꝫ gratuitum ⁊ infuſum. ſicut ſancti dei p ſpiritum ſcilicꝫ illumiati. Jn ꝓprio v̾o genere cognoſceret via ſenſus memorie ⁊ experiētie. que ī nobis facit rem incognitā cognoſci. Jn xp̄o v̾o rem notam ꝑm vnum modum cognoſci facit ſcd̃m

aliū modū. Qm̄ aūt diuina ſbſtātia virtus ⁊ opatio ē in vniuerſa. Hinc eſt ꝙ ſm ṗmū modū q eſt ꝑ nām dei tatis. infinita actualit̄ cōprehendit. quodā.n. ineffabili mō ſūme infinito. oīs infinitas ē finita. qꝛ vō ſbſtā tia virtus ⁊ opatio creature q̄ttum cū ꝙ ſublimate finita ē. ita tñ ꝙ mēs humana non quieſcit niſi in bono in finito. nec tñ illud cōphendit. qꝛ infi nitum non ꝯphēditur a finito acce pta ꝯphenſiōe ꝓpꝛie. Hinc ē ꝙ q̄tū ad 2ᵐ modū cognoſcēdi aīa x̄pi per gloꝛiā cōpꝛehēſionis capit q̄tū cū ꝙ pōt capere natura finita ꝑ bonū infi nitū beatificata. cui eſt ſūme vnita. ac ꝑ hoc ad finita ſe ext̄edit actualit̄ apꝓꝛehendēdo. ad infinita vō habi tualiter uel etiā extēdendo. nō pōt eni aīa x̄pi equari verbo. nec in ſciē tia. nec i aliquo alio. ¶ Rurſus quia grā maxime reſpicit opꝰ repatiōis. Hinc ē ꝙ ſm 3ᵐ modū cognoſcēdi ꝑ grāz ꝑfectiſſimā cognouit x̄ps oīa q̄ ſpectāt ad repationē noſtrā lōge excellētius ⁊ meliꝰ q̄ aliqs ꝓpheta rū uel etiā angeloꝛū. ¶ Amplius gra nā hoīs bñ inſtituta nata erat oībꝰ creatꝭ ꝑeſſe. ⁊ ipſas noſſe tan q̄ eas q̄ debebāt ſibi ſeruire. ſicut patuit i ṗmi hoīs cōditiōe. Hinc ē ꝙ q̄tum ad 4ᵐ modū cognoſcēdi cognouit x̄pus oīa q̄ ſpectāt ad mundanā ma chinā cōſtruēdam longe excellētius q̄ adam. Poſtremo qꝛ ſenſuſ nō eſt ꝑceptiuus reꝝ niſi ad obiecti p̄ſenti am. Hinc ē ꝙ ſm cognitionē ſenſiti uaꝫ. nō ſilꝛ cognoſcebat oīa. ſ mō hec mō illa. iuxͣ qd̄ optimum erat ad re pationē hūani gn̄is faciēdam.

¶ De ꝑfectione meriti in effectu.

De plenitudine auteꝫ meriti x̄pi hoc tenēdū ē ꝙ in x̄po dn̄o fuit oīs meriti ꝑfectio ⁊ plenitudo. ¶ ṗ q̄tum ad eū q mere batur. qꝛ nō tm̄ erat homo. verum etiā deus. ¶ 2ᵒ q̄tum ad tēpus in q̄ merebatur. qꝛ ab inſtāti cōceptiōis vſ ꝙ ad hoꝛā moꝛtis. ¶ 3ᵒ q̄tū ad il lud ꝑ qd̄ mēbat̄. qꝛ ꝑ ꝑfectiſſimū ha bitū caritatis. ⁊ ꝑfectiſſimū exerciti um virtutis in oꝛando. in agēdo. in patiendo. ¶ 4ᵒ q̄tum ad eū cui mere batur. qꝛ nō tm̄ ſibi veꝝ etiā ⁊ nobis imo omnibus iuſtis. ¶ 5ᵒ q̄tū ad il lud qd̄ merebatur nobis. qꝛ non tm̄ gloꝛiā. verū etiā grām ⁊ veniam. ⁊ nō tm̄ gloꝛiā ſpūſ. ſ etiā ſtolā carnis ⁊ apertioneꝫ ianue celeſtis. ¶ 6ᵒ q̄tū ad id qd̄ merebatur ſibi. quia lꝫ non meretur gloꝛificationē mētis quam habebat. merebatur tñ gloꝛificatio nem carnis ⁊ accelerationē reſurre ctionis. ⁊ gloꝛificationem ſui noīs ⁊ dignitatē iudiciarie poteſtatis. ¶ 7ᵒ q̄tū ad modū quo merebat̄. cū eniꝫ tripliciter dicatur aliqs mereri. uel de indebito faciendo debitū. uel de debito magis debitum. vel de debi to vno modo. faciēdo debitum alio mō. oībus his modis meruit nobis 3ᵒ mō tm̄ meruit ſibi faciēdo hꝰ ple nitudine grē ſpū. ſ. ꝑ quā x̄pus ſimul erat btūs. ⁊ in ſtatu merendi. ita ꝙ ſuꝑ eius merituꝫ oīa merita noſtra habent fundari. Ratio aūt ad itel ligentiam p̄dictoꝝ hec eſt. qꝛ cū i pnᵒ reparatio x̄po. ſ. dn̄o nr̄o neceſſaria fuit plenitudo gratie ⁊ ſapiētie que

ſūt nobis origo recte ꝛ ſcē viuendi. neceſſe ē ꝙ in xp̄o fuerit plenitudo ꝛ pfectio oīs meriti ſm oēm modū ple nitudinis. Quia.n.in xp̄o fuit pleni tudo grē vnionis p quā erat de⁹ ab inſtāti cōceptiōis hn̄s gloriā rephē/ ſionis.ꝛ motū liberi arbitrij. Hinc eſt ꝙ neceſſario fuit i ip̄o pfectio me riti.ꝛ quātū ad excellētiā ꝛ dignita tē merētiſ.ꝛ q̄tū ad celerrimā opor tunitatē tp̄is. ¶Rurſus qꝛ fuit in eo plenitudo grē ſingularis pſone. per quā habuit firmiſſimā caritatem.ꝛ oēs v̄tutes pfecte q̄tū ad habitus ꝛ exercitia.neceſſe fuit ꝙ in eo fuerit plenitudo meriti q̄tū ad id p qđ cō tingit mereri.c⁹mōi ē radix carita/ tis.ꝛ act⁹ triplicis v̄tutis. ¶Ampli⁹ qꝛ fuit in eo plenitudo grē capitis p quā pleniſſimā habuit influētiā in membra ſua . Hinc eſt ꝙ plenitudi/ nē habuit meriti.nō tm̄ reſpectu ſui. ſed etiā reſpectu nr̄i.qbus ſicut oīa ſpūalia q̄ hēmus influit rōne diuini tatis.ſic meruit rōne aſſūpte huma/ nitatis.ſiue ſint bona ſtat⁹ p̄ñtis.ſiue eterne felicitatis. ¶Poſtremo qꝛ tā torꝫ cariſmatū plenitudo.neceſſario ponebat in xp̄o ſūmā ꝛ pfectā felici tatē ſm ſui ptē ſupiorē. licꝫ diſpēſa tiue pp̄ter nos eſſet i ſtatu vie. Hic eſt ꝙ pfectionē habuit meriti q̄tum ad id qđ meruit ſibi.qꝛ nō gloriam ꝛ beatitudinē aīe cōcreatā q̄ nālit in ipſo omne meritū an̄cedebat.ſꝫ ſolū illa cū qb⁹ ſtatus vie ſtare non pote rat.ſicut ſtolā corpis cū glorificatio one ſue excellētiſſime dignitatꝭ. Hic eſt ꝙ pfectōeꝫ habuit meriti quēad modū merēdi. ¶Quia.n.in ipſo ab inſtāti conceptionis fuit pfectiſſima plenitudo.ſtatī meruit oīa q̄ potuit mereri reſpectu ſui.ac p h̄ de debi to vno mō.facē potuit debitū alio mō.de indebito aūt debitū.vel de debito magis debitū facē nō potuit ſibi.qꝛ nullo mō potuit in ſanctitate pficere cū a pncipio eſſet ſanctiſſim⁹ fecit tn̄ hoc nobis ꝙ merito ipſi⁹ iu ſtificamur p grām pficim⁹ i iuſticia ꝛ p etnā gloriā coronamur.ac p h̄ i merito xp̄i radicata ſunt oīa meri/ ta nr̄a ſiue ſatiſfactoria pene.ſiue me ritoria vite eterne.qꝛ nec ab offenſa ſūmi boni digni ſumus abſolui. nec ineſtimabilitatē etni pmij q̄ de⁹ ē.digni ſu mus lucrari.niſi p meritū hoīs dei. cui dicere poſſim⁹ ꝛ debem⁹ oīa opa nr̄a opatus es in nobis dn̄e. ipſe in/ quā eſt deus.cui pp̄heta dixit. dixi dn̄o de⁹ meus es tu.q.b.m.

## ¶De paſſiōe xp̄i q̄tū ad ſtatū patiētꝭ.

POſt q̄ circa verbū incarna tū cōſiderata ē vnio nārū. cōſiderata ē nihilomin⁹ ple nitudo cariſmatū.deinde cōſideran da eſt tolerātia paſſionum. ¶Circa quā cōſiderādus ē ſtatus patiētis. ¶2° mō cōpatiēdi. ¶3° exitus paſſio nis. De ſtatu v̄o patientis hec tenē da ſunt.ſ.ꝙ xp̄s aſſūpſit nō tm̄ hūa nā nāꝫ.ſꝫ etiā defect⁹ circa nām. Aſſū pſit.n.penalitates corpales.ut famē ſiti.ꝛ laſcitudinē. Aſſūpſit ꝛ ſpūales. ut triſticiā.gemitū.ꝛ trorē. Nec tn̄ oēs corpales aſſūpſit.ſicut ſunt defe ctus egritudinū multiformiū. Nec oēs ſpūales.ſicut ſunt ignorātia ꝛ

rebelliones carnis ad ſpiritũ. ¶ Nec qualitercũq3. q2 ſic neceſſitatẽ patiẽ-di ſuſcepit. ut tñ nihil pati poſſet iui te. nec ƀm volũtatẽ deitatis. nec ƀm volũtatẽ rõnis. lic3 paſſio fuerit cõ-tra volũtatẽ ſenſualitatis ⁊ carnis. ſicut exprimit orõ ſaluatoris q̃ diẽ non ſicut ego volo ſed ſicut tu vis. ¶ Rõ aũt ad itelligẽtiã pdictoꝝ hec eſt. q2 cũ pncipiũ repatiuũ i recõcili ando. neceſſario habeat mediatoris officiũ. iõ ncce ẽ ꝙ habeat cõueniẽti am cũ vtroq3 extremoꝝ. nõ ſolũ q̃ꝙ ad nãm. veꝝ etiã q̃tũ ad ea q̃ ſũt cir ca nãm. Qm̃ g̃ deus ẽ iuſt⁹ ⁊ beatus ĩmortalis ⁊ ipaſſibilis. hõ v̑o lapſus eſt pctõr. ⁊ miſer paſſibilis mortalis neceſſe fuit mediatorẽ dei ⁊ hoiu3. ut poſſet hoiem reducẽ ad deũ. cum deo coĩcare in iuſticia ⁊ beatitudĩe cũ hoĩe v̑o ipaſſibilitate ⁊ morte ut ſic tranſeũtẽ habẽdo mortalitatem. ⁊ beatitudinẽ pmanẽtẽ. hoie3 redu ceret de pñti miſeria ad vitã beatã ¶ Sicut ecõtra angelus mal⁹ hñdo ĩmortalitatẽ cũ miſeria ⁊ iniuſticia. fuit mediator faciẽs cadẽ in culpam ⁊ miſeriã. p ſuggeſtionẽ ſuã. ¶ Qm̃ g̃ xp̄us mediator debuit habere inno cẽtiã ⁊ beatitudinẽ fruitiõis cũ mor talitate ⁊ paſſibilitate. Hinc ẽ ꝙ ſiĉ debuit eſſe viator ⁊ ꝯphẽſor. De oĩ etiã ſtatu aliquid habuit in ſe ƀm ꝙ dicitur aſſumpſiſſe de ſtatu inocẽtie peccati imunitate3. de ſtatu nature lapſe mortalitatẽ. de ſtatu v̑o glo-rie beatitudinem fruitiõis perfecte. ¶ Rurſus qm̃ penalitates vitioſe ſiĉ ſunt ille quatuor. ꝓpter peccatũ ori ginale inflicte. ſ. ignorãtia. iſirmitas ⁊ malicia. ⁊ cõcupiſcẽtia. ſtare non pñt cũ pfectiſſima inocẽtia. Hinc ẽ ꝙ has aſſumere non debuit nec aſſũ pſit. ¶ Pene v̑o que ſũt exercitatiue virtutis pfecte ⁊ teſtificatiue huma nitatis vere nõ ſimulate. potiſſime il le ſunt que reſpiciũt nr̃am naturam i coi ſicut fames ⁊ ſitis i abſentia ali menti. triſticia ⁊ timor in pſentia no cumẽti. Hinc eſt ꝙ illas debuit aſſu mere ⁊ aſſumpſit. ¶ Poſtremo q2 nul lus innocens debet iuitus aliquam penam ſuſtinere. q2 hoc eẽt cõtra or dinem diuine iuſticie. null⁹ etiã mor talis vult mori ⁊ pati ƀm appetitu3 nature que naturaliter refugit mor tẽ. Hinc eſt ꝙ xp̄us debuit habere hi⁹ penalitates. ſic tñ ut nihil poſſet pati iuite ƀm rõnẽ. nõ ſolũ ꝓpẽ btitu dinem ⁊ diuinitatem oĩpotẽte3 ſibi vnitam. per quam poterat repellere oĩa. ſed etiam ꝓpter pfectiſſimam in nocentiam. que ƀm ordinem natura lis iuſticie. nihil pmittitur pati iui-te. ſic etiã pateretur ut tñ hoc eẽt cõ tra naturalẽ inclinationẽ ⁊ appetitũ nãe q eſt in ſenſualitate ⁊ carne. Et hinc eſt ꝙ xp̄us orãs ƀm rõnẽ. volũ tatẽ carnis exprimebat qua paſſiõ3 refugiebat cũ dicebat. trãſeat a me calix iſte. volũtatem rõnis volũtati pr̃is cõformabat ⁊ appetitui carnis ꝓponebat. cũ dicebat nõ mea volũ-tas ꝫ tua fiat. ⁊ ſic vna volũtas non erat alteri ꝯtraria. qa ƀm volũtate3 diuã iuſtũ qđ erat voluit. ƀm volũ tatẽ rõis iuſticie cõſenſit. ꝫ ƀm volũ tatẽ carnis penã recuſauit. ꝫ tñ iuſti ciã nõ accuſauit. ⁊ ſic vnaq̃q3 volun tas qđ ſuũ erat ogabaẜ. ⁊ qđ ad ſe

ptinebat ſeqbatur volūtas diuina iu/
ſticiā. volūtas rōnalis obediētiā. vo
lūtas carnis nām. Ac p h̄ nō erat i
xp̄o colluctatio ⁊ pugna. ſ; pacata
ordinatio ⁊ tṅqllitas ordinata.

De paſſione xp̄i q̄tum ad modū pa
tiendi.

De modo patiēdi h̄ tenendū ē
q̄ xp̄s paſſus ē paſſione ge
neraliſſima. paſſiōe acerbiſ/
ſima. paſſione ignominioſiſſima. paſ/
ſione interemptoria ſ; viuificatiua.
Paſſiōe inquam gn̄aliſſima. q̄ ad
nām hūanā. non ſolū ſm oīa mēbra
pncipalia corpis. ve⁊ etiā ſm omnē
aīe potētiā. lꝫ nihil pati poſſet ſꝫ di
uinā nāꝫ. Paſſuſ ē etiā paſſiōe acer
biſſima. qꝛ nō ſolū dolēdo ut patiēs
p vulnera. ſ; etiā ↄdolēdo put cōpa
tiēs xp̄ē nr̄a delicta. Paſſus ē etiā
paſſiōe ignominioſiſſima. ⁊ xp̄ē pati
bulū crucis. qd̄ erat ſupplicium peſſi
mo⁊. ⁊ xp̄ē ↄſortiū iniq⁊ videlicꝫ la
tronū cū qb⁹ fuit deputat⁹. Paſſ⁹
eſt v̄o paſſiōe interemptoria p ſepati
onē aīe a corpe. ſalua tn̄ vnione vtri
uſq; cū deitate. Anathema. n. eſt q
dic̄ dei filiū nām quā ſemel aſſūpſit
aliqn̄ reliqſſe. Rō aūt ad itelligen
tiā p̄dc̄o⁊ hec ē. qa repatm̄ pn^{ꝰ}. ſic
ordinate pduxit. ſic ⁊ ordinate repa
re debuit gen⁹ hūanū ſic igiē repare
dꝫ ut ſalua ſit libertaſ arbitrij. ſalu⁹
ſit nihilomin⁹ honor dei. ſalu⁹ etiam
ordo regīmis vniuerſi. Quia ḡ re
parare debuit ſalua libertate arbi/
trij repauit dando exēplū efficaciſſi
mū. exēplū aūt illud efficaciſſimū eſt
qd̄ iuitat ⁊ informat ad culmē v̄tu
tū. Nihil āt magl. iformat hoīeꝫ ad
v̄tutē q̄ exēplū tolerādi mortē xp̄ē
iuſticiā ⁊ obediētiā diuā. mortē in/
quā nō quācūq; ſed penaliſſimā. Ni
hil v̄o magis incitat q̄ tāta benigni
tas q̄ p nobiſ altiſſim⁹ dei fili⁹. abſq;
nr̄is meritis. imo cū multis nr̄is de/
meritis. poſuit aīam ſuā q̄ benigni/
tas tāto maior oñdiē q̄to p nobis
ḡuiora ⁊ abiectiora pati voluit de⁹
Qui. n. xp̄rio filio ſuo nō pepercit. ſ;
p nobis oīb⁹ tradidit illū. quō non
etiā cum illo oīa nobis donauit. ex q̄
iuitamur ad ipſū amādū ⁊ amatum
imitādū. Rurſus qꝛ repare debuit
ſaluo honore dei. ideo repauit offe
rendo obſequium ſatiſfactoriū. Eſt
aūt ſatiſfacere honorem deo debitū
repēdē. honor autē deo ſubtract⁹ p
ſupbiā ⁊ inobediētiā reſpectu rei ad
quā hō aſtringiē. nullo mō meli⁹ re/
ſtituiē q̄ p humiliationē ⁊ obedien
tiā ad eā rē ad quā nullaten⁹ teneē.
Qm̄ ḡ xp̄us Jeſus inq̄tū de⁹ eq̄lis
erat p̄ri in for^{a} dei inq̄tū hō inocēs
nullaten⁹ erat debitor mortis. dū ſe
metipſū exinaniuit. ⁊ factus eſt obe/
diens vſq; ad mortem. exoluit deo
qd̄ nō rapuit. p obſequiū ſatiſfactio
nis pfecte. ⁊ obtulit ſacrificiū ſuaui/
tatis ſūme p pfecta dei placatione.
Poſtremo quia reparare debuit.
ſaluo ordine regiminis vniuerſi. iō
p medium cōuenientiſſimū repauit.
Conuenientiſſime autem eſt ut con
traria cōtrarijs curentur. Quia ḡ
hō volens eē ſapiēs ut de⁹ peccauit
in ligno vetito. volens delectari.
ita q̄ inclinatus eſt ad libidinem.

erectus in pſūptionē. ac p hoc totuȝ genus humanū infectū eſt. ⁊ pdidit immortalitatem. ⁊ incurrit debitam mortē. Hinc eſt ꝙ ad h̄ ꝙ hō repa/ ref cōuenieti remedio. deus fact⁹ hō voluit humiliari ⁊ in ligno pati paſ ſione gñaliſſima ↄtra libidinē. paſſi one acerbiſſima ↄtra pſūptioȝ. paſſi one ignominioſiſſima ↄtra mortē de bitā ⁊ iuitā. pati voluit mortē debi tā nō iuitā. ſ volūtariam. Quia ḡ gñalitas corruptionis in nobis ifece rat nō ſolū corp⁹ ⁊ aīam. ſ etiā oēm corpis ptē. ⁊ oēȝ aīe potētiā. Hic ē ꝙ xp̄s paſſus ē i oī corpis pte. ⁊ i oī potētia aīe. ⁊ i ſupiori portiōe rōis. q̄ ſūme in deo delectabaf. ut rō. ⁊ p vnionē ſui ad ſupi⁹. ⁊ ſūme patiebaf ut nā. ⁊ p ↄiūctiōeȝ ad inferi⁹. qꝛ xp̄s erat viator ⁊ ↄphēſor ſil. Rurſus qꝛ libido vehemēf infecerat i nobis aīam ⁊ carnē. ⁊ q̄tū ad carnalia. ⁊ q̄tū ad ſpūalia pctā. Hic ē ꝙ xp̄s ⁊ acerbiſſimā paſſionē paſſus ē i car/ ne. ⁊ amariſſimā ↄpaſſus ē i aīa. Et qꝛ i carne erat maxīe eq̄litas ↄplexi onis. ⁊ pfecta viuacitas ſenſuū. i aīa vo ſūma caritas ad deū. ⁊ ſūma pie tas ad pximū. Hinc ē ꝙ vtrīqꝫ dolor fuit inteſiſſim⁹. Amplius qꝛ tumor ſupbie aliqñ cōſurgit interi⁹ ex pſū/ ptione. aliqñ exteri⁹ ex oſtētatiōe. ⁊ aliena laude. iō ad remediādū oēm ſupbiā xp̄s paſſ⁹ ē vtrūqꝫ gen⁹ igno minie. ⁊ i ſe patiente. ⁊ in comitatu quē habuit in paſſione. Poſtremo qꝛ hec oīa nō attingebāt diuā nām impaſſibilē. ſ ſolū humanā. Hinc eſt ꝙ i morte xp̄i. ſic facta ē diuiſio aīe a carne. ut tñ ſalua eſſet vnitas pſo/ ne. ⁊ vnio tā carnis ꝙ aīe ad deita/ tē. ⁊ qꝛ vnio aīe cū corpe facit hoīeȝ ⁊ facit biniū. Hinc ē ꝙ xp̄s nō fuit hō i illo triduo. licꝫ aīa ⁊ caro eēnt vnita cū verbo. Uñ qꝛ mors i huma na nā nō potuit mortē inducē i pſo nā que ſupfuit viua. ⁊ iō mortua eſt mors inuita. ⁊ p xp̄i mortē. abſorta eſt mors iuictoria. ⁊ deuict⁹ pnceps mortis. ac p hoc hō a morte. ⁊ cauſa mortis per meritum mortiſ xp̄i tāq̄ꝫ p remediū efficaciſſimū liberat⁹.

De paſſione quātū ad exitū.

De exitu aūt paſſionis xp̄i ⁊ fructu. hec indubitanter te nēda ſūt ꝙ aīa xp̄i poſt paſ ſionē deſcēdit ad infernū ſiue ad lim bū. ad liberationē nō oīuȝ. ſed eoruȝ que inf mēbra xp̄i deceſſerāt p fidē viuā uel fidei ſacra. Poſt h̄ tertia die reſurrexit a mortuis. reſumēdo corpus viuificatū. ſed nō tale quale prius fuerat. quia pus fuerat paſſi/ bile mortale. poſtea autē reſurrexit impaſſibile ⁊ imortale. viuēs in ſem piternū. Deinde poſt. xl. dies aſcen dit ad celos. vbi ſup omnē creaturā exaltatus ſedet ad dexteram patris quod dictum intelligitur. non quan tum ad ſitum qui non competit deo patri. ſed quantum ad excellentiam bonorum. quia. ſcꝫ reſidet in potio/ ribus bonis patris. Poſtremo in teriectis decē dieb⁹ miſit i apl̄os p miſſū ſpm̄. ſ. p quē cōgregata ē eccle ſia gentium. ⁊ ordinata ſcd̄m diuer ſas diſtributiones officiorū ⁊ grãz.

Rō aūt ad intelligētiā pdc̄oꝝ h̄ ē.

ꝙ ſicut xp̄us inq̄tum verbum increatū pfectiſſime oīa formauit.ſic inq̄tū incarnatū oīa pfectiſſime reformare debuit. Decet.n.pfectiſſimū p̄ncipium opus nō dimittere citra pfectū. Debuit ergo repatoriū p̄ncipiū redēptōis humane p remediū ducere ad pfectū.ad hoc aūt ꝙ eēt pfectiſſimū oportuit ꝙ eēt ſufficientiſſimū ⁊ efficaciſſimū. Quia ſufficiētiſſimū iō ſe extēdit ad celeſtia.t̄reſtria.⁊ infernalia. Quia ergo p xp̄m ſunt infernalia recupata. terreſtria remediata.celeſtia reintegrata ita ꝙ p̄mum hoꝝ fecit p veniā.2ᵐ p gratiā.⁊ 3ᵐ p gloriā.ideo poſt paſſionē aīa deſcēdit ad inferos.ad liberādum ī inferno detentos.deinde reſurrexit a mortuis.ad viuificādoſ ī pctīs mortuos.aſcendit ad celos reducēdo captiuitatē ad integrādum irl'm celeſtem.miſit ſpm̄.ſ.ad edificāduꝫ irl'm terreſtrem.que oīa neceſſario cōſequūtur ⁊ exigūt ad ſufficientiam repationis humane. Rurſus quia remediū illud fuit efficaciſſimū tam in eos qui xp̄i aduētum p̄ceſſerunt q̄ in eos q ſequūtur.q tn̄ ad xp̄m accedunt ⁊ acceſſerūt.⁊ eius mēbra fuerūt ⁊ ſunt.tales autem ſūt qui adherent ei p fidem.ſpem. ⁊ caritateꝫ. iō remediū illud habere debuit efficaciam. p̄ in eos q in xp̄m crediderūt credēdo ſperauerūt.⁊ ſperādo amauerūt.ac p hoc ſtatim debuit ad iferos deſcendere.ad ipſorum liberationē.Uñ apta ianua celi p xp̄i paſſionem qui ſatiſfaciendo āmouerat rūfeaꝫ.mutādo ſententiā diuinam. eripuit de inferno oīa mēbra ſua. Debuit etiam habere efficaciā p̄cipuam in eoſ qui xp̄i aduētum ſequūtur ut attrahendo ad fidem.ſpem. ⁊ caritatem.tādem ad gloriam pduceret celeſtem.ut igitur edificaret ad fidē qua credimus xp̄m veꝝ hoiem.qua credimus eū voluiſſe nos redimere p mortem.⁊ ad vitaꝫ nos reducere poſſe p reſurrectionem.iō voluit reſurgere ad vitam imortalem. intercecto tn̄ ſpacio tp̄is debito.ſ. xxxvi. horarū in quo oſtenditur. quia vere mortuus fuit.nec magis accelerate.ne ſi citius reſurgeret crederetur ꝙ non vere mortuus fuiſſet.ꝫ ſe finxiſſet.nec amplius differre.ne ſi ſupiaceret ī morte crederetur impotēs. ⁊ ꝙ nullos poſſet ad vitam reuocare.ideo reſurrexit 3ª die. Amplius ut erigeret ad ſpem .ad celeſtē aſcēdit gloriam quam ſperamus.ſed ꝙ ſpes non oritur niſi ex fide immortalitatis future.ideo non ſtatim aſcendit.ſed ſpacio.xl.dierum interiecto in quo p multa ſigna ⁊ argumenta veram aſtrueret reſurrectionem per quam animus ſolidaretur in fide.⁊ ſubleuaretur ad ſperandā gloriā celeſtem. Poſtremo ut ifiāmaret ad caritatem miſit ignem ſpiritus.ſ. in die pentecoſtes. Et quia nullus h̄ igne repletur niſi qui querit.petit. ⁊ pulſat in ſtatim.in oportuno.ſpei ⁊ deſiderio.ideo non ſtatim poſt aſcēſionem miſit.ſed decē dieruꝫ ſpacio interiecto in quo diſcipuli ieiunātes orantes ⁊ gementes.diſpoſuerūt ſe ad ſpiritus.ſ.ſuſceptioneꝫ.ac p h̄ ſic debitā ſeruauit horā ī patiendo. ſic in reſurgēdo.ſic ī aſcēdēdo in celuꝫ.

ſic imittēdo ſpm̄.ſ.ꝛ ꝓpter fūdatiōeꝫ triū virtutū p̄dictaꝝ.ꝛ ꝓpter multa myſteria que in his tēporibꝰ implicātur. Et quoniā ſpūs.ſ.qui caritas eſt.ꝛ p caritatē habeť. ē omniuꝫ origo cariſmatū.iō cū deſcēdit ſpūs .ſ.effuſa ē plenitudo cariſmatum ad corpus xp̄i myſticū cōſūmandū. Et qꝛ diuerſa mēbra debēt eſſe in corpe pfecto.ꝛ diuerſoꝝ mēbroꝝ diuerſa ſunt officia ꝛ exercicia.ꝛ diuerſoruꝫ officioꝝ diuerſa cariſmata. Hinc ē ꝙ vni datur p ſpiritū ſm̄o ſapiētie. alij ſermo ſcientie.alij fides.alij gratia ſanitatum.alij opatio virtutum. alij ꝓphetia.alij diſcretio ſpirituꝫ. alij genera linguaꝝ.alij interp̄tatio ſermonū.que oīa opatur vnus atqꝫ idē ſpūs.diuidēs ſingulis ꝓut vult ſm ſuā liberaliſſimā ꝓuidētiā ꝛ ꝓuidentiſſimā largitatē.

Incipit ps 2ª de gr̄a ſpūs.ſ.inq̄tum eſt donū diuinitus datuꝫ.

Poſt tractatū de incarnatione verbi quod ē origo ꝛ fons oīs doni gratuiti. dicēda ſūt aliqua de gr̄a ſpūs.ſ.circa quā nobis q̄dā cōſiderāda quadrupliciter occurrunt. p̄ inq̄tū eſt donū diuinitus datū. 2° in cōpatione ad liberū arbitriū. 3° in cōpatione ad habitus virtutū. 4° in cōpatione ad exercicia meritoꝝ. De gratia igitur inq̄tū eſt donū diuinitꝰ datū hec tenēda ſūt.ſ.ꝙ ipſa ē donuꝫ qđ a deo imediate donatur ꝛ infundiť. ꝛ etiā cū ipſa ꝛ in ipſa dať ſpūs.ſ.q eſt donū increatū optimū ꝛ pfectuꝫ. qđ deſcēdit a patre luminū p v̄bum increatū.ſꝫ ꝙ Johēs in Apoc. vidit flumē aque viue ſplēdidū.tanq̄ criſtallum ꝓcedētē de ſede dei ꝛ agni. Ipſa nihilominus eſt donum p qđ aīa efficitur ſponſa xp̄i. filia patris eťni.ꝛ tēpluꝫ ſpūs.ſ.qđ nullo mō fit niſi ex cōdigna cōdeſcēſiōe ꝛ cōdeſcēſiua dignatione maieſtatis eterne p donū gratie ſue. Ipſa deniqꝫ ē donum qđ aīam purgat.illuminat ꝛ pficit. viuificat. reformat. ꝛ ſtabilit. eleuat.aſſimilat.ꝛ deo iungit.ac p h̄ acceptabilem facit.ꝓpter qđ donuꝫ huiuſmodi gratia gratum faciēs recte diciť ꝛ debuit appellari. Rō aūt ad intelligētiā p̄dictoꝝ hec ē.qꝛ cum p̄mū p̄ncipiū ꝓductiuuꝫ ꝓ ſua ſūma beniuolētia fecit ſpm̄ rōnabilē capacē beatitudinis eterne. ꝛ repatū p̄ncipiū.capacitatē illā infirmatā p peccatū repauerit ad ſalutē. ꝛ btitudo eťna ɔſiſtit in hūdo ſūmū bonuꝫ.ꝛ h̄ eſt deꝰ ꝛ boᵐ.excellēs ip̄roportiōalr oēm hūani obſequij dignitatē.nullꝰ oīo ad illud ſūmū bonū dignꝰ eſt p uenire cū ſit oīo ſup̄ oēs limites nāe niſi deo cōdeſcēdente ſibi eleueť ipſe ſup̄ ſe.deus aūt nō cōdeſcēdit p ſui eſſentiā incōmutabilem.ſed p influētiā ab ipſo manātē. nec ſpūs eleuať ſupra ſe p ſitum localem.ſed p habitū deiformem. Neceſſe eſt igitur ſpiritui rōnali ut dignus fiat eterne beatitudinis.ꝙ particeps fiat influentie deiformis.hec autem influentia deiformis.quia eſt a deo.ꝛ ſm deū. ꝛ ꝓpter deuꝫ.ideo reddit imaginem noſtre mentis conformem btiſſime trinitati.non tm̄ ſm ordinē originis.

verū etiā ſm rectitudinē electionis. ⁊ ſm quietudinē fruitiōis. Et qm̄ q̄ hoc habet imediate ad deū redu cit. ſic imediate ei ꝯformaẗ. iō donū illud imediate donaẗ a deo. tanq̄ a pn° iſluxiuo. ut ſic imediate emanat a deo dei imago. ſic imediate emanat ab ipſo dei ſilr̄itudo q̄ eſt diuine imaginis pfectio deiformis. ⁊ iō dr̄ imago recreatiōis. Rurſus qm̄ q̄ fruiẗ deo. deū hꝫ. iō cū gr̄a q̄ ſua dei formitate diſponit ad dei fruitionēꝫ daẗ donū īcreatū qḋ ē ſpūs. ſ. qḋ q̄ habet. hꝫ ⁊ deū. ⁊ qm̄ nullus deū hꝫ qn ab eo ſpēali⁹ habeaẗ. null⁹ hꝫ ⁊ habeẗ a deo. qn ipſū p̄cipue ⁊ incō pabiliẗ diligat ⁊ dſligaẗ ab eo. ſicut ſponſa a ſponſo. nullus ſic diligiẗ qn ad eťnā beatitudinis hereditatē ad opteẗ ꝓ filio. Hinc ē ꝙ gr̄a gratum faciēs facit aīam tēplū dei. ſponſam xpi. ⁊ filiā pr̄is eterni. Et qꝛ h̄ non pōt eē niſi ex ſūma dignatiōe ⁊ con deſcēſione dei. iō illud nō pōt eſſe p habitū aliquē nāliter inſertū. ſ ſolū p donū diuinit⁹ gratis infuſū. qḋ expſ ſe apparet. ſi qs pondēt q̄tum ē eſſe dei tēplū. dei filiū. deo nihilominus īdiſſolubiliẗ ⁊ q̄i mr̄imōialiẗ p amo ris ⁊ gr̄e vinculū eē copulatū. Po ſtremo. qꝛ mēs nr̄a nō efficiẗ confor mis btiſſime trinitati ſm rectitudinē electionis niſi p vigorē v̄tutis ⁊ ſplē dorē veritatꝭ. ⁊ feruorē caritatis. ⁊ vigor virtutis aīam purgat. ſtabi lit. ⁊ eleuat. Splēdor veritatis aīaꝫ illuminat. illuſtrat. reformat. ⁊ deo aſſimilat. Feruor caritatꝭ. aīaꝫ pficit viuificat. ⁊ deo iūgit. ⁊ ex his oībus hō deo placēs ⁊ accept⁹ exiſtit. Hic eſt ꝙ illa influētia deiformis dr̄ ha bere oēs act⁹. ſ. decē p̄dictos. ita tn̄ ꝙ denoīaẗ ab vltimo ſicut a cōple tiſſimo ſeu cōpletiuo. dr̄ enī gr̄a g̱tū faciēs. qꝛ hn̄tē facit deo gratū cū nō ſolū gratis deẗ a deo. veꝝ etiā ſit ſꝫ deū ⁊ ꝓpť deū. cū ad h̄ ſit ut p ipſaꝫ op⁹ manās a deo. reuertaẗ ad deuꝫ in q̄ ad moduꝫ circuli intelligibilis ꝯſiſtit oiuꝫ ſpirituū rōnaliū ꝯplemtū

De gr̄a inq̄tū educit liberū arbitriū extra peccatū.

S Ecūdo de ſpū. ſ. gr̄a occur rit nobis cōſiderādū i ꝯpa tione ad li. ar. ⁊ h̄ ſm dupli cē modū. p°. ſ. inq̄tū ipa ē adiutoriū ad meritū. 2° v̄o inq̄tū ē remediuꝫ ꝯtra peccatū. De gr̄a ḡ dei inq̄tū eſt adiutoriū ad merēdū hec tenēda ſūt. ꝙ gr̄a dr̄ gn̄aliẗ ⁊ ſpēaliẗ. ⁊ ꝓ prie. Gn̄aliẗ dr̄ adiutoriū diuinū cre ature liberaliẗ ⁊ gratis īpenſū. ⁊ in differēẗ ad quēcūqꝫ actū. ⁊ ſine hui⁹ adiutorio gr̄e. nec poſſum⁹ aliq̄d effi cere. nec durare in eſſe. cūcta. n. i ni hilū tēdūt. ſic de nihilo creata ſūt ni ſi manus cōditoris ſua gratuita bo nitate ea cōſeruaret in eſſe ꝓpter qḋ de⁹ oīa dr̄ portare v̄bo v̄tutis ſue. ⁊ v̄bū pr̄is dicit. ſine me nihil pote ſtis facē. ⁊ oīs creatura q̄tūcūqꝫ no bilis. dr̄ gr̄a nō nā īmortalitatē ſu ſcipe ſm ꝙ Damaſcen⁹ ⁊ aliȷ̄ dicunt Specialiter diciẗ gratia adiuto riū diuinit⁹ datū. ut quis p̄paret ſe ad ſuſcipiendum ſpiritus. ſ. donum. q̄ pueniat ad meriti ſtatū ⁊ talis dr̄ gratia gratiſ data. ⁊ ſine hac nullus

ſufficiētiēter facit qđ i ſe ē ut ſe pparet ad ſalutē. ppt̄ quod dictū ē q̄ nō ſumus ſufficiētes co. aliquid a nobis q̄ſi ex nobis ſ ſufficienᵃ nr̄a ex deo ē Prope v̄o gr̄a dr̄ adiutoriū datū diuinitꝰ ad merēdū. qđ q̄dē dr̄ donuȝ gr̄e gratū faciētis ſine quo nullꝰ pōt mereri nec in bono pficē. nec ad eternā puenire ſalutē. Ipſa. n. tāq̄ radix merēdi. oīa merita antecedit. ppter qđ dictū ē q̄ puenit volūtatē ut velit. ſbſeqtur ne fruſtra velit. vñ nullus ipſaȝ mereri pōt merito cōdigni ſ ipa meretur augeri a deo. i via. ut aucta mereat̄ ꝛ pfici in patria. ꝛ gloria ſempit̄na. ab ipſo deo cuiꝰ ē graȝ inſūdē augē ꝛ pficē ſm ppatōȝ volūtatis nr̄e. ꝛ ſm ppoſitū ſiue bn̄placitū pdeſtinatiōis et̄ne. Rō aūt ad itelligētiā pdictoꝝ hec eſt. q꞉ cū pmū pncipiū ſua oīpotēti virtute. ꝛ benigniſſima largitate. creturam oēm de nihilo pduxit ad eſſe. ac p h̄ creatura de ſe hȝ nō eſſe. totū aūt eſſe habeat aliunde. ſic facta fuit ut ipſa p ſua defectibilitate ſemp ſuo pncipio indigēt. ꝛ pᵈᵒ pncipiū p ſua benignitate influere nō ceſſaret. Cū g̊ ſpūs rōnalis hocipſo q̄ de nihilo ſit in ſe defectiuus. hocipſo q̄ nā limitata ꝛ egena. ſit i ſe recuruus. amās ppriū boᵘᵐ hocipſo q̄ totꝰa deo ſit totalit̄ deo obnoxius. ꝛ quia defectiuꝰ eſt de ſe tēdit in nō eſſe. q꞉ v̄o recuruꝰ p ſe nō aſſurgit ad rectitudine pfecte iuſticie. q꞉ v̄o totalit̄ deo obnoxiꝰ. ꝛ deꝰ bonis eius nō indiget. nihil pōt facē de ſe ex ppria virtute p qđ deū ſibi cōſtituat debitorem. ꝛ maxime mercedis eterne que deus ē niſi p diuinā cōdeſcēſionē. Hinc eſt q̄ ad h̄ q̄ ſaluetur in eſſe. cū ſit defectiuuſ indiget ſemp adiutorio diuine pſentie. manutenētie ꝛ influētie. p quam manuteneat̄ in eſſe. Que q̄uis ſit generalis in creaturis omnes. nominatur tamē nomine gratie. quia nō ex debito pcedit ſed ex libertate bonitatis diuine. hinc eſt q̄ ad hoc ut ſe pparet ad donū ſuperne gr̄e cum ſit recuruus indiget dono alterius gr̄e gratis date maxime poſt naturā lapſam p quā habiliſ efficiat̄ ad bona moralia que ſūt bona ex circūſtātia que nullo modo pn̄t dici bōa niſi pcedant ex intētione recta videlicet. q̄ nō ppter nos ſed ppt̄ ſūmū bonū fiant. ad qđ nō aſſurgit ſpūſ noſter recuruus. niſi pueniat̄ a deo p aliquaȝ gratiā gratis datā. Hinc nihilominus ē q̄ ad hoc q̄ faciat bōa opera meritoria mercedis eterne. cū totaliter ſit deo obnoxius ꝛ debitor ſui totius. indiget dono gr̄e gratū faciētis p quam deus ſibi condeſcendat. prius acceptans ſuam imaginem ꝛ voluntatem q̄ operationem ex ipſo manantem. quia cum cauſa nobilior ſit effectu. nullus poteſt facere ſe meliorem. nec facere opus deo placens niſi prius placeat ipſe. ut deus pus ipſum reſpiciat q̄ ad munera eius. ꝛ ideo omnis radix merendi fundatur in gratia gratum faciente. cuius eſt facere hominem deo dignuȝ. ppt̄ qđ nullus poteſt eaȝ mereri merito ↄgrui. Ipa aūt habita meretur ſui ipſiꝰ augmētuȝ in ſtatu vie. p bonum eius vſum merito ↄdigni Nā cum ſolus deus

ſit ipſius gratie fontale pncipium in fluēdi.ipſe ſolus eſt pncipiū augmē tādi p modum influētis. ⁊ gr̄a per modum meriti ⁊ dignitatis.⁊ libeꝝ arbitriū p modū coopantis ⁊ merē tis p eo ꝙ libeꝝ arbitriū coopatur gr̄e.⁊ qd ē gr̄e ſuū facit.⁊ iō nō tm̄ libeꝝ arbitriū p gr̄am meref gr̄e au gmētū i ſtatu vie merito digni.veꝝ etiā cōplemētū in ſtatu patrie meri to cōdigni.tū ꝓpter ſblimitatē doni ſancti ſpūs i merito coopantis. tum ꝓpt dei liberalitatē pmittētis. tum ꝓpt liberi arbitrij ꝯſentiētis vtibi litatē.⁊ finalit pſeuerātis.tū ꝓpt dif ficultatē ſtatꝰ merētis.tū ꝓpt digni tatē xp̄i nr̄i capitis influenientis.qd debet glorificari cū ſuis mēbris.tuꝫ etiā ꝓpt liberalitatē dei retribuētis quē nō decet pua reddē ꝓpter obſe quiū ſibi fidelit obtēpantiſ.tū ꝓpter nobilitatē opis qd ex caritate pce dit.qd tātum ponderat in cōſpectu iudicis ꝙtuꝫ amor ex quo pcedit.q deū incōpabilit pponit ceteris crea turis.⁊ iō nō ſufficiēter ⁊ cōpetēter pōt.niſi in deo ſūmo ⁊ bono remune rari.ex qbꝰ oībꝰ tanꝙ ex ſeptē rōni bus gl̄iam eternā merito.nō tm̄ con grui.ſ etiā ꝯdigni mereri facit gra tiā ſeptiformis.

De gr̄a inꝙtū iuuat ad bonū meri toriū.

De gr̄a vō inꝙtū ē remediū ꝯtra pctm̄ hec tenēda ſunt .ſ.ꝙ liberū arbitriū.lꝫ ſit ſb deo potētiſſimū. pōt tn̄ p ſe i pctm̄ corruere.ſed nullatenus pōt reſurge re ſine adiutorio diuine gr̄e que dr̄ gr̄a gratū faciēs.illa aūt gr̄a licꝫ ſit ſufficiens remediū cōtra pctm̄.nō tn̄ infūditur adulto.niſi aſſit liberi ar bitrij cōſenſus ex quo colligitur. ꝙ ad iuſtificationē impij ꝙtuor cōcur rāt.ſ.infuſio gr̄e.expulſio culpe.ꝯtri tio.⁊ motus. expellit ḡ culpa a dei dono.nō a libero arbitrio.non tn̄ ſi ne libero ar. Nā gr̄e gratis date eſt libeꝝ arbitrium reuocare a malo.⁊ excitare ad bonum ⁊ liberi arbitrij eſt cōſentire uel diſſentire. ⁊ cōſenti entis ē gr̄am ſuſcipe.⁊ ſuſcipiētis co operari eidē.ut tādē pueniat ad ſalu tē. Rō aūt ad intelligētiā pdicto rum hec eſt.qꝛ cum pmū pncipiū hoc ipſo ꝙ pmū potentiſſimū ſit creatm̄ oīuꝫ que fiunt in vniuerſo preter ꝙ peccatorū que ſunt tranſgreſſiones legis diuine. ⁊ celeſtiū inobedientie mādatoꝝ nihil habet ſibi rebelle in iurioſum ⁊ offenſiuum niſi peccatū qd cōtemnendo dei pceptum ⁊ auer tēdo nos a bono icōmutabili. offen dit deum.deformat liberū arbitriuꝫ perimit donū gratuitum.⁊ obligat ad ſupplíciū eternum.Cū igitur de formatio imaginis ⁊ pemptio gra tie ſit quaſi adnihilatio ineſſe moris ⁊ vite gratuite cuꝫ offenſa dei ſit tm̄ ponderāda.quātus eſt ipſe. cum re atus pene eterne.rōnē teneat infiniti impoſſibile eſt ꝙ homo reſurgat a culpa niſi remittatur offenſa ⁊ pena relaxef eterna. Solus igitur qui fuit principium creatm̄ eſt ⁊ pncipiū recreatiuum verbū.ſ.patris eternuꝫ qd eſt xp̄us Jeſus mediator dei ⁊ hoīuꝫ qd qa oīa ex nihilo creat .iō creat ſeipſo ſolo ſine aliq̄ intmedio.

Quia vo deformatū p vitiū culpe recreat reformādo p habitū gr̄e ⁊ iuſticie. obligatū ad penā abſoluēdo. p ſatiſfactionem cōdignā. Hinc eſt ꝙ nos repat ſuſtinendo ꝑ nobis penam in natura aſſūpta. ⁊ infundēdo grām reformatiuā. que qm̄ cōtinuat nos ſue origini. facit nos mēbra xpi. ac p hoc aīaȝ peccatricē que fuerat inimica dei. proſtibulum diaboli. ⁊ ſerua peccati. facit ſponſam xpi templuȝ ſpūs. ſ. ⁊ filiā pr̄is eterni. qđ totum fit p gratuitā ⁊ cōdeſcēſiuā infuſionē doni gratuiti. ¶ Rurſus qm̄ de⁹ ſic reformat ꝙ leges nāe inditas nō infirmat. iō ſic hāc grām tribuit libero arbitrio. ut tū̄ ipſū ñ cogat. ſ eius conſenſus liber maneat. ⁊ ideo ad hoc ꝙ culpa expellat̄. nō ſolū neceſſe ē ꝙ gr̄a introducat̄. verū etiaȝ ꝙ libeꝝ arbitriū. in adultis dico qa in paruulis ſufficit fides eccl'ie ⁊ meritū xpi. ⁊ excuſat īpotētia ſui. nccē inquā ꝙ conformet ſe expulſioni culpe p deteſtationē oīuȝ pctōꝝ quam vocamus contritionem. Eſt etiaȝ neceſſe ꝙ conformet ſe introductioni gratie. p cōplacētiam ⁊ acceptionē doni diuini quam vocamus motuȝ liberi arbitrij. ⁊ ſic neceſſe eſt iſta q̄tuor concurrere ad iuſtificationem impij. ¶ Poſtremo quia p̄diſpoſitio ad formā cōpletiuā debȝ eē ei ↄformis. ad hoc ꝙ libeꝝ arbitriuȝ ſe diſponat ad grām gratū facientē indiget adminiculo gr̄e gratiſ date. ⁊ qꝛ gr̄e ē liberū arbitriū non cogere. ſed p̄uenire ⁊ ſimul vtriuſqꝫ in actū ꝑdire. hinc eſt ꝙ in noſtra iuſtificatione cōcurrit act⁹ liberi arbitrij. ⁊ gr̄e ↄſone qdē ⁊ ordinate. ita ꝙ gr̄e gratis date eſt excitare liberū arbitriū. liberi arbitrij aūt ē huiuſmōi excitationi cōſentire uel diſſentire. ⁊ ↄſentiētis eſt ad grām gratū faciētē ſe p̄parare. qꝛ hoc ē facere qđ ī ſe eſt. ⁊ ſic aīe diſpoſite gr̄a gratū faciens habet infūdi. cui liberū arbitriū pōt coopari ſi vult. ⁊ tūc meref̄ uel contrariari p pctm̄. ⁊ tunc demeref̄. Si ḡ cooperetur ei vſqꝫ in finē meretur p̄uenire ad eternā ſalutem. ¶ Veꝝ eſt igitur qđ dicit Aug⁹. qui creauit te ſine te. nō iuſtificabit te ſine te. ¶ Verū etiā eſt ꝙ nō eſt volētis. neqꝫ currentis ſed dei miſerētis. ¶ Verū eſt etiā ꝙ nullus poteſt ſupbire de meritis. qa nihil in nobis deus pꝛeter ſua dona coronat. ¶ Reſeruauit eniȝ ſibi deuſ munera gratie liberalit̄ largiēda ut diſcat homo nō eſſe ingratus nec in ſe. q̄ſi nō acceperit ſed in dn̄o gloriari. ¶ Verū eſt etiā ꝙ licet liberū arbitriū p ſe legē impleri non poſſit. nec gratiā ī ſe efficere. inexcuſabile tū̄ eſt ſi nō facit qđ in ſe eſt. qa gratia gratis data ſemp eſt preſto ad coīonē cui⁹ āminiculo facere pōt qđ ī ſe eſt. quo facto habȝ gratiam gratū facientē. qua obtenta. diuinā impleat legē ⁊ faciat voluntatē dei qua facta tandē ad beatitudinem p̄ueniat ſempiternā. ꝓpt̄ opa meritoria que totalit̄ ſunt a gratia. totalit̄ etiā a libero arbitrio. licȝ p̄ncipalius a gr̄a. qꝛ ut dicit Aug⁹. gr̄a cōpatur ad liberū. ſicut ſeſſor ad equū. q qdē ſeſſor libeꝝ arbitriū dirigit. deducit ad portū felicitatis et̄ne exercendo nos in operib⁹ perfecte virtutis ſm

donum ipſius gratie ſeptiformis.

¶ De ramificatiōe gr̄e i habit⁹ v̄tutū.

